L. J. C.[#]

Rdme Pater Dne Dne mi Colendissime

Gratiosissimae à Rndmo Dno pervenerunt Literae ad manus meas, ex quibus intellexi, quod Rndmus Dnus faciat investigationem, hoc in Regno nostro; de Monachis Camaldulensibus, eorumque Monasterijs, seu Fundationibus: ad quae, praemisso profundo cultu, ac Veneratione Rndmo Dno debita; brevibus respondeo, denuntiando; nullos hoc in Regno Poloniae dari Monachos Camaldulenses instituti S. P. N. Romualdi: praeter nos Eremitas Camaldulenses Montis Coronae; in Septem locis, per Poloniam et Lytvaniam à pijssimis olim Fundatoribus, fundatis; qui aliter Rndmum Dnum informavit, plane erravit; his expressis exosculor Sacras manus, et maneo pro semper

Reverendissimi Dni mei

in Bielany supra Cracoviam
Die 16. Februarij
1735.

Servus Obsequentissimus
Mauritius Erta Cam.
M. Coronae
...

N.o 41